BEDA VENERABILIS. HIERONYMUS
2. Viertel 12. Jh.
Seite 109v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ideo ad peccata homines pvocant. & tamen post omes conatus quibus frustra
nisi sunt diu ignorant ad infera descendunt. Est confidentia. quo canis uiuens
melior est leone mortuo. quia uiuentes sciunt quod moriantur. & mortui ne
sciunt quicquam. & non est amplius merces. In oblitione enim uenit memoria eorum
s; & dilectio eorum & odium eorum & helus ipsorum iam perit. & pars non est eis ad huc
in seculo. in omni quod fit sub sole. Quia supradixerat cor filiorum hominum impleri
malitia & peccatis. & post hec omnia morte finiri. nunc addit complere et repent.
donec uiuunt homines posse eos fieri iustos. post mortem uero nulla boni operis occa
sionem dari. peccator enim uiuens potest melior esse iusto mortuo. si uoluerit eius
transire uirtutes. ut ante ab eo qui se in malitia potentia & peccatis iactabat.
diu mortuus fuerit melior potest quilibet pauper esse ditissimus. Quare. Quia ui
uentes metu mortis possunt bona opera perficere. mortui uero nil ualent ad id
adiecere quod semel secum tulere de uita. & oblitione inuoluta sunt omnia. iuxta
illud quod in psalmo scriptum est. Oblitioni datus sum tamquam mortuus a corde.
S; & dilectio eorum & odium. & emulatio. & omne quod in seculo habere potuerunt mortis finem
adnotatur. nec iuste quicquam iam possunt agere. nec peccare. nec uirtutes adiecere nec
uitia. licet quidam huic expositioni contradicant. ad seruantes enim post interitum
& crescere posse & decrescere. & in eo quod nunc ait. & pars non erit eis adhuc in seculo in
omne quod factum est sub sole. ita intelligant. ut dicant eos in hoc seculo & sub hoc sole
quem nos cernimus nulla habere communionem habere uero sub alio seculo de quo saluator ait
ego non sum de hoc seculo. & sub sole iustitiae. & non excludi opinationem quae contendit
postquam de hoc seculo migrauerimus offendere posse creaturas rationabiles & pmere
ri. Aut. Referebat hebreus uersiculum istum in quo dicit melior est canis ui
uens supleonem mortuum. ita apud eos exponi. uiliorem esse quam uis in doctrina. & eum
quem adhuc uiuat & doceat a praeceptore perfecto quem iam mortuus sit. Verbi causa.
Ut canem intelligant unum quemlibet de pluribus praeceptorem. & leonem moysen. aut alium
quemlibet ypocritarum. S; quia nobis hec expositio non placet. ad maiora tendamus. &
chananeam illam cui dictum est. fides tua te saluam fecit. canem iuxta euangelium esse dicam.
leonem uero mortuum circumcisionis populum. sicut balaam propheta dicit. Ecce populus ut catulus
leonis consurgit. & ut leo exultans. Canis ergo uiuens nos sumus ex nationibus.
leo autem mortuus iudeorum populus a domino derelictus. & melior est apud dominum iste canis
uiuens. quam ille leo mortuus. Nos enim uiuentes cognoscimus patrem & filium & spiritum
sanctum. illi autem mortui nihil sciunt neque expectant aliquam repmissionem atque mer
cedem. S; completa est eorum memoria. neque ipsi meminerunt quae scire debuerant
neque illorum iam dominus recordatur. Dilectio quoque qua aliquando dominum diligebant perit.
& odium de quo audacter loquebantur nonne odientes te domine odium. & sup
inimicos tuos tabescebam. nec non & helus eorum iuxta quem finem helatus est